

dominationi vestrae ad manus dictorum religio-  
 sorum virorum voluntarie et libere resigno in  
 hys scriptis Ita quod nichil omnino juris mihi  
 et meis heredibus reservo penitus in praefatis  
 bonis et attinentijs universis. Obligans me  
 praenominatis viris religiosis quod si aliquis  
 heredum meorum praedictum monasterium ex  
 parte praefatorum bonorum quoquomodo in-  
 quietaverit ipsum ab omni huiusmodi impeti-  
 cione fiducialiter eximere debeo cum monitus  
 fuero super eo Supplicans vobis humiliter et  
 devote quatenus supradicta bona cum proprie-  
 tate eorundem ante dictis viris religiosis ac  
 monasterio dare dignemini propter deum quod  
 apud vos in perpetuum cupio deservire. In  
 cuius resignationis testimonium sigillum meum  
 praesentibus est appensum. Actum et Datum  
 anno Domini MCCCXXIX<sup>o</sup>.